

„ beneficiis & rebus Ecclesiarum secundūm pri-  
„ rem Capitularem Domini Regis & omnis homo  
„ ex suā proprietate Legitimam Decimam ad Ec-  
„ clesiam conferat. Experimento enim didicimus in  
„ Anno , quo illa valida fames irrep̄it , ebullire  
„ vacuas annonas à Dæmonibus devoratas , & vo-  
„ ces exprobrationis auditas. „ Verūm iteratas li-  
„ cet pro Decimis his primò nuncupatis sanctiones  
impetrarent Ecclesiastici , ad posteriorem genera-  
lem Decimam tamen non tam facilè pervenire po-  
terant , ceu in decursu pluribus apparebit.

## III.

**NUNQUAM IN GERMANIA  
OMNES DECIMÆ JURIS ECCLESIASTICI  
SUNT EFFECTÆ.**

**N**eminem, qui vel obiter in historiâ versatus est ,  
fugere potest , fuisse tempora , quēs omni-  
studio eō laboratum fuerit , ut Decimæ sive origi-  
netenūs Laicales , sive ex post justo titulo sæcula-  
ribus concessæ in meras Decimas Ecclesiasticas  
transforinarentur. Sic notum est , BURCARDUM  
Episcopum Halberstadiensem omnes Abbatiarum  
Decimas sibi deberi contendisse , quia Monachi ori-

ginetenùs fuerant Laici. Sic Sæculo XI. Decimæ acriter per Episcopos exigebantur, adeo, ut e. g. Ipse Rex, quo Decimas terris Regalibus constitutas, & Capellis ac Ecclesiis suis appropriatas conservaret, apud GUDEN. Tom. I. p. 374. *pro redimendis ab Episcopali inquisitione Regalis terræ Decimis 120.* Mansos dare debuerit. Sic dum An. 1060. PETRUS DAMIANI in Italiâ acerrimum Decimarum vindicem se se exhibebat, mox in Germaniâ An. 1062. OTTONEM ORKLAMUNDANUM, Decimas ut promitteret, fuisse adactum testatur LAMBERTUS SCHAFNAB. ad hunc annum. Sic Thuringis eandem præstationem injungere spondebat Anno 1069. HENRICUS IV. quam illi etiam mediante transactione in se recipere Anno 1073. Spondere debebant; Cùmque turbæ in Saxoniâ exortæ ansam recalcitrandi mox suppeditarent, idem negotium in Synodo Erfurdiensi An. 1074. urgebatur. Verùm hæc omnia sine successu erant, ceu cit. LAMBERTUS SCAFNB. enarrat. Néque famosum illud CONCILIOU MATERIALE de An. 1078. quo sub Sacrilegii criminе statuitur, ut Laici Decimas restituerent, quas in usum pietatis concessas esse Canonica Authoritas demonstrat, alium in Germaniâ effectum habuit, quām ut illæ Decimæ, quas antea Ecclesiis concessas,

fas , & iis illegitimo ac sacrilego modo fuisse ablatas constabat , Ecclesiis restituerentur ; Ceu vel è motibus Thuringicis de Anno 1122. & 1123. colligi potest . Néque effectum in Germaniâ post se trahebant Concilia Ann. 1139. & 1170. à summis Pontificibus habita , & nequidem restitutionem Decimarum olim ad Ecclesias pertinentium ex post verò justè alienatarum operabantur ; ceu clarissimè patet ex historiâ Comitiorum Geilenhusanorum An. 1186. celebratorum , ab ARNOLDO LUBECENSI lib. 3. Cap. 18. in hunc modum descripta : „ Imperator curiam generalem edixit in Geilenhusen , ubi convenit multitudo Episcoporum & Principum. Et procedens in Concionem sic omnibus locutus est : Rogamus vos summos sacerdotes & Episcopos & Princes, quorum Corda justitia possidet , ut animadvertisatis , quæ dico. Compertum fortè habetis , quantis adversitatibus impetrat à Domino Papâ , injustum esse , aliquam Laicam personam Decimas possidere , quas manifestè Dominus his , qui Altari deserunt , deputaverit. Scimus autem Decimas & oblationes sacerdotibus & Levitis primitus deputatas. Sed cum tempore Christianitatis ab Adversariis infestarentur Ecclesiæ , easdem De-

„ cimas

„ cimas præpotentes & Nobiles viri ab Ecclesiis  
„ in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi Defen-  
„ sores Ecclesiarum fierent, quæ per se obtinere  
„ non valerent, & quamvis hæc pro Prælatis esse  
„ videantur, non tamen credo, quod ita facile  
„ mutari possint, quæ ex longâ antiquitate usus  
„ in consuetudinem vertit, imò ipsa consuetudo à  
„ progenie in progeniem transcendens quasi ju-  
„ stâ traditione roboravit. Ad hæc verba surgens  
„ D. Moguntinus Conradus sic locutus est: sine  
„ præjudicio melioris consilii, si placet, scribatur  
„ Domino Papæ ex personâ Episcoporum, in qui-  
„ bus commoneatur, ut ea, quæ ad pacem sunt,  
„ vobiscum sentiat, & justitiam vobis in his,  
„ quæ justè ab eo exiguntur, faciat. Placuit Im-  
„ peratori & omnibus Episcopis, quod dixerat;  
„ & ad voluntatem Imperatoris scripta est Episto-  
„ la signata bullis Episcoporum, & missa ad Do-  
„ minum Papam: „ Ex post quidem hanc vel  
„ illam Decimam saltem in feudum sibi offerri pe-  
„ rebant Ecclesiastici, imò & in tractu Trevirensi  
„ authoritatem CAROLI IV. ad eundem scopum sibi  
„ commodari impetrabant in HONTHEIM Tom. 2.  
„ bift. Trevir. Dipl. p. 170. Verùm Jus quæsitum  
„ sibi tam facile eripi ægrè patiebantur sacerdtales, &  
„ hinc

hinc non mirandum, dum etiam præcipuè subs-  
cutis temporibus tam frequentes in quæsdam locis  
Germaniæ Decimas Laicales deprehendimus, ut e.  
g. Jus Provinciale Saxonicum Decimas maluerit  
Lib. 2. Art. 58. Inter species Censûs Laicalis, quæm  
Lib. 1. Art. 2. Inter redditus Ecclesiasticos referre.  
Dum post hæc tempora non minùs, quæm anteà  
deprehendimus, fuisse adhuc Decimas sat multas,  
quæ sub liberrimâ Laicorum Dispositione fuerunt;  
ceu è quæsdam Diplomatibus speciminis loco cla-  
rius apparebit. Sic Ann. 1210. Marchio Orientalis  
Decimas donat Monasterio in LUDEWIG *Reliq.*  
*Msc.* Tom. 1. p. 26. Similiter Landgravius Hassiæ  
An. 1284. in GUDEN. Tom. 4. p. 948. Nec non  
Comes de Zigenhayn An. 1297. ibid. p. 978. uti  
Comes de Mansfeld eodem anno in LUDEWIG cit.  
I. Tom. 5. p. 107. Similiter Marchio Brandenbur-  
gensis An. 1303. ibid. p. 116. Sic Rex Bohemiæ mi-  
litem investit An. 1320. Decimâ in SENCKENB. *prim.*  
*lin. Jur. feud. append.* p. 15. Similiter Dominus de  
Eppenstein Ann. 1357. ibid. p. 27. & Dominus de  
Münzenberg An. 1384. in KOPP *de insigni diff.* p.  
438. uti & An. 1403. Dominus de BICKENBACH ibid.  
p. 43. Sic Landgravius Hassiæ Decimas militi in  
feudum contulit, hic sub lege de retrovendendo

eas cum consensu Domini directi alienavit in ali-  
um militem , hic quoque easdem legavit Ecclesiae,  
quæ mox Decimas has vendidit civi , similiter Do-  
mino directo assentiente; Ceu hæc omnia apparent  
ē Diplomate de An. 1457. in KUCHENBECK. ana-  
lect. Hass. collect. 5. p. 89. Sic An. 1577. Decimis  
militem investivit Imperator in SENCKENB. prim. lin.  
p. 116. Alia exempla ferè innumera ut taceam ;  
quæ omnia probant , omni ævo in Germaniâ sat  
magnum Decimarum Laicalium fuisse numerum ,  
quæ sicut alii redditus sacerdotes sub liberâ sacerdotali-  
um dispositione erant constitutæ ; unde etiam non  
mirandum , quando in Germania deprehendimus  
de iisdem perinde ac de aliis redditibus fuisse olim  
in Judiciis sacerdotalibus judicatum , imò quando in  
distinctè decimis perinde ac aliis redditibus applicari  
videmis principium : Actor sequitur forum Rei , &  
hinc e. g. ordinationem Electoralem & Archi-Epi-  
scopalem Moguntinam de Ann. 1733. 21mâ Febr.  
ita disponere legimus : **Vierdtens lassen Wir es**  
**nicht nur wegen denen Klagden in Zehend-Sachsen,**  
**sondern auch in Casum reconventionis bey der von**  
**Bayland Thürfürst Johann Philippse Christlöb-**  
**lichen Andenkens unter dem 5ten Septembris 1670.**  
**ergangenen Verordnung in allem gänzlich und der-**  
**gestal-**

gestalten bewenden, daß, wann der Beklagte ein Laicus ist, sothane Zehend-Sachen, wie in mehr anderen Catholischen Landen herkommlich, also auch in unserem Erzstift sowohl in possessorio als petitorio bey unseren weltlichen Gerichten angebracht, und Rechtlich erörtert werden, auch die Geistliche Kläger auf die zugleich gegen sie bey dem weltlichen Richter angestellte wider Klag sich einzulassen, und daselbst den Rechtlichen Ausspruch zu erwarten gehalten seyn sollen. Paucis, non est mirandum, dum in Germaniâ Decimas non aliter ac alios redditus considerari deprehendimus, qui ad sæculares non minus, quam ad Ecclesiasticos pertinere possunt, quique, dum ad sæculares pertinent, pro Decimis sæcularibus sunt habendi. De cuius principii in Germaniâ recepti veritate eò minus erit dubitandum, quo clarius videmus, quod in Documentis apertè distinguantur Decimæ sæculares ab Ecclesiasticis. Sic in Diplomate de 1331. apud Lucium im Bericht vom Adel in Teutsch-Land p. 251. ULRICUS Landgravius Alsatiæ feudi lege confert das Dorff bi Richens - Hoven mit Swinge, Banne Leye-Zehenden &c. Similiter in investiturâ Murbacensi de Anno 1655. In FABRI Staats-Ganzley Tom. 16. p. 523. occurrit der

**Kirchen-Satz zu Logenheini mit dem Leyen-Zehn-**  
**den.** Quodque Ecclesiastici Decimas mediantibus  
 sacerdotalibus ad se delatas vel hodie in qualitate  
 sacerdotalium Decimarum se se possidere profitentur,  
 ceu E. g. adhuc Ann. 1756. in speciali Deductione  
 Moguntiæ typis editâ Abbatia in Schönthal contra  
 Communitatem in Marlach palam fecit, & ceu  
 ipse summus pontifex Pius II. Ann. 1459. apud  
 BE SOLD Tom. I. Document. rediviv. Monaster.  
 Würtenberg. p. 109. innuere videtur, dum Mo-  
 nasterio Albensi sua Jura & Privilegia confirmans  
 hujus Discriminis inter Decimas Ecclesiasticas &  
 Laicales expressam mentionem facit in verbis: vo-  
 bis & prefato Monasterio vestro quascunque Deci-  
 mas tam Ecclesiasticas quam Laicales per viam em-  
 ptionis, Donationis, Cessionis, permutationis, seu  
 ex piis Legatis aut aliis justis modis acquirendi  
 & adipiscendi, nec non acquisitas & adeptas per vos  
 retinendi & possidendi licentiam & auctoritatem eä-  
 dem auctoritate concedimus per presentes. Manet  
 ergo indubitatum, dari adhuc hodie permultas De-  
 cimas sacerdotiales, adeoque hic omnes Decimas in  
 Decimas Ecclesiasticas nondum esse transformatas.